



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 1. Nomen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

## §. 2. De Croacia.

## N V M. I. Nomen.

SUMPSISSE videtur à Corbatis populis, seu Crobatis quorum Cedrenus meminit. A Germanis *Krabaten* appellantur, & à Latinè loquentibus *Corbani*, vt & regio *Corbania*.

## N V M. 3. Qualitas.

AD boream feracissima olearum, vitium, herbarum : & nisi pareret incursionibus Turcarum nulli Europæarum decederet. E- quos alit minutos, sed fortes, & propè Tartaricis pares.

## N V M. 3. Mores.

HABENT ex Hungaricis Slauicis, & Germanicis permixtos mores: vnde aiunt nobiles Cosacos ebrietate Germanos, Hungaros superbiâ, & fraudibus, Slauos importunitate superare. Catholici plerique omnes, viri fortissimi, & ad vexandos hostes aptissimi, propter militiæ genus penè Tartaricum.

## N V M. 5. Politia.

REGITVR à Turcâ per Saniacos, qui à Bosnensi Præfecto pendent. Hic quoque Praefectus Austriacus. Vskoki & Morlachi à quibus, & regiunculis nomina, omnes Christiani sunt, Slauicè loquuntur, & per Vainodas suos, & Arabassos reguntur. Vskoki autem dicti sunt à voce Slauicâ *Skok*, quod optimè saltent. Gzges quoque per Croaciam, & Istriam sparsi Multauico vtuntur idemate.

## §. 3. De Dalmatia.

## N V M. I. Nomen.

NOMEN antiquum retinet ab oppido Delminio.

## N V M. 2. Qualitas.

REGIO temperatissima, quare omnes incolæ macrobij: item fertilissima, vnde & oues adhibita cura bis in anno pariunt. Piscibus abundat ora Insulis prætexta: loca aspera feris; culta oleis, vitiibus, segete abundant. De fodinis auri racetur, fortè quoniam exhaustæ sunt. Hinc mel, cera, plumbum, pelles ouinæ, & oleum vulgo efferuntur.